2556 b.

Quas Phoenix, Chaldaeus, Arabs, Mareotica tellus,
Ebraeus, Syrus, continet artis opes;
Qua fluit Auſoniae princeps opulentia linguae,
Muſarumq parens Graecia docta fluit:
Foecundo tenus hac Joviſti pectore, cuius
Nomen ab interitu publica Scripta vetant.
Nunc Amathus tibi tota placet, Paphos, atq Dione,
Cyprus, Cnidus, Eryx, Idaliaeq domus.
Fallor, an immenſo iactatus in aequore linguarum
Exiguos concha vis ſuperare ſinus?
Concha deae placuit, ſed qua devecta Citheram,
In mediis ignem fervida pavit aquis.
Quid, ſi te Paphiae iam littora tuta petentem
Aequore diffuſo provehat ignis amor?
Sed tibi nulla ſalo metuenda pericula tali:
Non oberit lintri ſaeva Malea tuae.
Tot linguas pulchre doctus ſatiabere lingua
Unius Sponſae, quae tibi iuncta thoro.

Haec

424 11

Haec Venereſq;, ſaleſq;, iocoſq;, haec tinnula ſuavem
  Ore dabit, blandi turturis inſtar, opem.
Diſpunget curas, genus et penus omne laborum:
  Ut ſuevit fido Laodamia viro.
Elingves faciet tibi livide Zoile lingvas,
  Ne temerent caſtam ſpicula fracta fidem.
Contra, felici faciet te prole Parentem.
  Hic ceſſat ſiccum fundere Muſa melos.

Joannes Sartorius.

1656 † 1729
Prof. eloq. an Gymn.
Danz.